



502.

Q. D. E. V.

25

DE
THEOLOGO IN SPECVLA CONSTITVTO,
AD HABAC. CAP. II. COMM. I.
COMMENTATIO.

HONORIBVS NOVIS
VIRI MAGNIFICI, SVMMÆ REVERENDI, ATQVE
DOCTISSIMI DOMINI,
D O M I N I
IOANNIS CHRISTIANI
STEMLERI,

SANCTAE THEOLOGIAE DOCTORIS, ECCLESIA-
RVM, CIVITATIS ET DIOECESIOS TORGAVIENSIS PA-
STORIS PRIMARIJ, ET SVPERINTENDENTIS AD HOC
VSQVE TEMPVS MERITISSIMI,

SERENISSIMO DVCI SAXONVM QVER-
FVRTHENSI A CONSILIIS ECCLESIASTICIS, CON-
FESSIONIBVS, ET CONCIONIBVS AVLAE PRIMARIJ, DVCA-
TVS QVERFVRTHENSIS EPHORI GENERALIS, ET IN IL-
LVSTRI, QVOD LEVCOPETRAE FLORET. AVGVSTEO,
SANCTAE THEOLOGIAE PROFESSORIS PV-
BLICI NVPPERIME VOCATI,

DICATA ET CONSECRATA

A

M. FRIEDERICO THEODORO EVSEBIO SIMONE,
ECCLESIAE THEMARENSIS PASTORE PRIMARIO, EIVSDEM
QVE ET VICINAE DIOECESIOS DECANO, SYNEDRII DVCALIS
INFER. ASSESSORE. ET SOCIETATIS CHARITAT. ET
SCIENTIARVM SAXONICAE ADIVNCTO.

HILDEVRGHVSAE,
LITTERIS PENZOLDIANIS.

Ad Magnificum, Summeque Reverendum
Dominum D. STEMLERVM,
in palastris Scholastico-academicis Commilitonem olim,
& Amicum exoptatissimum,
jam Patronum, & Fautorem, omni honoris cultu
suspiciendum, προσφώνησις.

ΜΥΣΤΑ. ΘΕΗΓΟΡΙΗΣ. ΑΡΙΔΕΚΕΤΕ. ΣΟΣΙΑΝΕΙΡΗΣ.

ΚΑΙ. ΔΙΔΑΧΗΣ. ΟΡΘΗΣ. ΕΥΣΕΒΙΗΣ. ΤΕ. ΚΑΕΟΣ.

ΑΡΤΑΓΕΟΣ. ΠΡΟΠΑΛΑΙ. ΦΙΛΗΣ. ΚΑΤΑΚΕΡΑΙΟΣ. ΕΛΙΗΣ.

ΕΥΚΤΙΚΟΝ. ΕΚΦΡΑΞΕΙΝ. ΝΥΝΙ. ΚΕΛΕΥΕΙ. ΕΠΟΣ.

ΚΥΔΟΣ. ΕΝΕΙ. ΣΟΙ. ΑΠΕΙΡΕΣΙΟΝ. ΚΑΪ. ΑΡΙΗΡΕΠΕΣ. ΑΥΛΗΣ.

ΛΕΥΚΟΠΕΤΡΗΣ. ΕΔΟΘΗ. ΦΘΕΓΜΑΤΙ. ΘΕΣΠΕΣΙΩ.

ΔΕΣΟΝ. ΓΟΥΝ. ΤΑ. ΠΑΡΟΝΤΑ. ΠΑΛΙΝ. ΜΕΛΕΤΗΜΑΤΑ. ΘΥΜΩ.

ΠΡΟΦΡΟΝΙ. ΚΑΙ. ΣΤΕΡΓΕΙΝ. ΟΥΠΟΤΕ. ΠΑΥΣΟΝ. ΕΜΕ.

Me ForTunEt Servator!
PROOEMIUM.

Ex quo divi GLEICHII, immortalis famæ Theologi, Patronique, ob meritorum erga me magnitudinem, nullo unquam tempore oblivione delendi (*) cohortatione, nomen inter Societatis, ceu vocant, charitatis & scientiarum saxonicæ ^{collegiæ} professoris, benevole non tantum receptus, sed & post beatum EYRINGII, Rodacensium olim Ephori, ex hac vita discessum (***) circuli, quem adjunt, Franco-Hennebergensis comoda procurare justus sum, prima mihi, & antiquissima cura fuit, ut legibus laudatæ Societatis satisfacerem. Calcar tamen inprimis, tam mihi, quam reliquis sociis addidit, studiumque nostrum haud parum adauxit, amicissima amicorum, collegarumque societatis nostræ biga, in illustranda Hennebergiæ nostræ historia laudabili modo occupata, & diligentia suæ documenta futuro tempore luci publicæ datura. (***) His ergo, dum socias manus, mutuasque operas tradere studeo, digna nuper mihi videbantur rudera & cadavera *Osterburgi*, vicinæ

A 2

nobis

(*) Pluribus hoc exposui in oratione parentali divi GLEICHII manibus consecrata, & in illustri Gymnasio Hennebergensi Silufiæ Anno 1735. publice recitata, quam habes in *Mnemofyno Gleichiano*, a beate defuncti vidua, sumptibus haud exiguis publicæ luci dato *Dresdæ* 1736. fol. lit. Q. 2.

(**) Biographia Eyringiana a me sub tit. Ein rechtschaffener Liebhaber der Wahrheit und des Friedens, descripta, sumptibusque societatis nostræ typis Stœfelianis excusa est *Dresdæ* 1740. 3. plag. 4to.

(***) Nil prohibet, quo minus ingenuè fatear, esse hos, quos laudavi, Duum-viros, *Summe Reber. Dn. IO. VERNERVM KRAVSS.* Eisfeldensium Pastor. primar & Superintendent. & *Praenobilissimum Dn. IO. HEINRIC. HAVSSMANN.* Gymnasi Silufiaci ConRectorem, utrumque de *Sparta*, quam ornat, sua, meritissimum.

nobis arcis, haud contemnendo olim labore exstructæ, verum, præter unicam turrim, antiqui operis monumenta servantem, prostratæ & dirutæ, quorum situm & naturam præfens contemplerer. (*) Montem igitur ascendens, muræque operis firmitatem miratus, variis historiæ, sacrique studii meditationibus vacabam. Inprimis autem arcem illam, *OSTERBVRGI* nomine celebratam, turrimque, ad hoc usque tempus procellis & tempestatibus resistentem, egregiam Hennebergiæ nostræ speculam fuisse animadvertens, recordabar verborum Prophetæ Habacuci Cap. II. commate 1., inque sacri muneris ministros apprime convenire putabam. Verum hæc illo non tantum tempore animo meo versabantur cogitationes, sed & amplior meditandi occasio mox oriebatur, traditis domū reduci literis, veterrimo optimoque amico, Patroni deinceps loco suspiciendo, cujus paginæ hæc sacre sunt honori, grave & honorificum, in Ducali aula Leucopetrensi Antifistis munus, divino prorsus nutu oblatum collatumque esse, nunciantibus. Quemadmodum igitur, ante duos, & quod excurrit annos Eldem novum Ephori Torgaviensis munus, felicesque nuptias levidensi voto gratulatus sum, (**) ita partium mearum esse arbitrabar, hoc etiam tempore, *THEOLOGVM IN SPECVLA CONSTITVTVM, STEMLERIANO*, o quam jucundo & exoptatissimo mihi! nomini consecrare, novumque honoris, & amoris mei documentum dare. Et quamvis tam exercitato, versatoque in sacris scientiis viro, parum digna sit nostra qualiscunque commentatio, *EVM* tamen amice cogitata, amice benevoleque suscepturum esse, non tam spero, quam certissimus confido.

§. I.

(*) Plura, si vitam Deus viresque concesserit, suo tempore dabunt, *Analecta Societatis charitatis & scientiarum, Hennebergica.*

(**) De Amicitia Ionathas, Davidi amore foeminarum jucundiore, ad 1. Sam. I. comment. 26. Hildburghaus 1739. 3. plag. 4to.

§. I.

Grave admodum, & difficile munus esse, quod supremus rerum omnium gubernator, verbi sui ministris servandum tradidit, clarissima sacri codicis oracula demonstrant. (*) Non enim tantum, ut ex multis eorum nominibus, demandati muneris pondus indicantibus, pauca tantum proferam, ὑπηρεται Χρῆστῶ καὶ διονοῦσι υἱοσφείων Θεοῦ divo Paulo audiunt 1. Cor. IV, 1. (***) verum etiam vig. l. 1. custodes & speculatores nominantur Ezech. III, 17. c. XXXIII, 7. 8. 9. (***)

A 3

§. II.

(*) Merito igitur *Monachum illum beatitates Italicas describentem*, interque alia hæc etiam verba effluentem; *Qui vult omne tempus vitæ suæ in otio transigere, fiat sacerdos*, depeyum dedit, b. D. FEVSTRING. in *Conc. inaug. Gott gebuligte Kirchen-Arbeit eines auserwählten Predigers*. vid. *Miscellan-Predigten* Pars. I p. 584. & in eadem occasione pag. 547. *Sacerdotium non otium esse, sed negotiorum negotium*, cum BERNHARDO divo evicit.

(**) *Υπεραις* antiqui *remiges* dicebant, laboribus nauticis defudantes, de quibus CASIODORVS; *Remigum labor operosus, valentes animo & viribus quarit, ut confidentia mentis procelis obviari possit, & VEGETIVS* de præliis navalibus: *in quo inquit opere lateris remigum & ars clavum regentis magistri vicloriam præstat*. vid. Pfeifer, *Antiquit. Græc.* L. III. c. 35. p. 580. sed hanc significationem vocis biblicam non esse, honorificam potius nomen divini verbi ministrorum esse, quod non gregario inferviant hero, sed magno domino, & regi totius universi, b. BALDWINVS asserit *Comment. in b. l. fol. 326.* œconomi autem seu dispensatores appellantur, sumta similitudine ab œconomia, cui recte & utiliter administrandæ Paterfamilias præficere solet dispensatores, eisque rei domesticæ thesauros, sive bona tractanda & administranda committere, teste b. HUNNIO *Comment. ad b. l. in thesauro apostolico Feusking. fol. 165.* Cæterum, quæ œconomerum apud Romanos officia fuerint, habes apud KIPPINGIVM *Antiquit. Rom. L. IV. C. 1. p. 561.*

(***) *Perlege* inquit FLACIVS hæc loca. *Non enim tantum vocem sed rem ipsam ac officium doctorum intelliges.* Ratio autem ea est: quia doctorum est, a longe providere irruentes hostes, in populum civitatemque Dei; (nempe antea omnia falsam doctrinam & seductores, deinde & alia peccata, quæ consequitur ira Dei, ac pœnæ temporaria & æterna) eosque pravissos, & irruentes hostes protinus clare, ac instar tubæ exakata voce implicare omnibus hominibus, ac opportune & importune illos moneere, ut, sibi ab eis omni studio & diligentia caveant. in *Clave Scriptura S. P. I. fol. 115.*

§. II.

Ponderis autem imprimis, succique plenissimum effatum est, quod in Habacuci, Propheta: divino afflatu insinuatque futura pronunciantis (*) libro, capite secundo, commate primo, his verbis reperire licet:

על משמרתו עמדו והתעב על מצור והצפת לראותו
מה ירבר בו ומה אשם על תוכחתו

Non desunt quidem plurimarum eorum interpretationes, qui in alias sacri codicis oracula linguas transferenda curarunt, (**) gravitatem tamen rei verborumque, nostra quidem sententia, concinne expressit divus Lutherus: Hie stehe ich auf meiner Huth, und trete auf meine Veste, und schaue, und sehe zu, was mir gesagt werde, und was ich antworten solle, dem der mich schilt. (***)

§. III.

(*) Canonicus seu authenticus Habacuci liber est, non tantum, quia in Bibliis hebraicis extat, sed etiam quia in N. T. a Paulo ter allegatur Act. XIII. 41. Cap. I. v. 5. Rom. II. v. 17. Gal. III. v. 11. Cap. II. v. 4. idemque repetitur Hebr. X. 38. unde constat, quod hic propheta Habacuc sit omnino inter eos numerandus, quia Spiritus S. impulsu locuti sunt 2. Petr. I. 21. per quos ipse Deus est locutus Hebr. I. & qui a Christo audiendi proponuntur, b. TARNOVII verba sunt in *Commenti. ad b. l. Prophetam. s. t. p. 1108. conf. b. HIMMELII Trig. prophet. secund. prom. general. in Habac. p. 189.*

(**) Sic enim LXX. ἐπὶ τῆς φυλακῆς ἠὲ ἐστημι, καὶ ἐπιφθόσω ἐπὶ πέτραι, καὶ ἀποκρίσσω τῷ ἰδῶν τι λάθωσι ἐν ἑμοὶ καὶ τί ἀποκριθῶ ἐπὶ τὸν ἐλεγχόν μου. (p. 989. ed. Lips. 1699.) IVNIUS & TREMELLIVS: In custodia mea stanti, & consentienti mihi in munitione, ac speculanti, ad videndum, quid cloqueretur mihi, & quid responsurus essem, post correptionem meam. CASTELLIO: In custodia mea stabam meque tenebam in propugnaculo, speculabundus ut viderem, quid mecum loqueretur meus castigatō, & quid ei referrem (p. 365. ed. Lips. 17-8.) & b. SEBAST. SCHMIDIVS: Veruntamen super custodia mea stabo & consistam super munimento meo, ut speculer ad videndum, quid locuturus sit super me seho vah, & quid respondere debeam ad querelam meam. (vid. Bibl. latin. p. 962. edit. Argentor. 1696.)

(***) Patet hoc e germanicis aliis translationibus in *Bibliis* seu vocant *Pentaplis* 1711. excusis. Sic enim v. c. *Versio catholica*. Ich will auf meiner Huth stehen, und meinen Fuß auf die Veste setzen, und will schauen, damit ich sehen möge, was mir gesagt werde, und was ich dem vor Antwort geben soll, der mich strafet. *Versio reformata*. Ich stund auf meints Huth, und stellet mich auf die Veste, und schauete,

§. III.

Nec opus erit in explicando profixe Propheta scopo occupari, quum ferias mihi fecerint interpretes, quos evolvere licuit celeberrimi, suo deinde loco merito laudandi, dignique omnino, qui sedula manu evolvantur, sedulaque mente perpendantur.

Scilicet, ut paucis multa complectar, illud animadvertendum esse arbitror. Habacucum, haud multo, ante hostilem Babyloniorum irruptionem vixisse, quum in pejus omnia ruerent, & iniquitas, peccatorumque molis supremi Numinis iram provocaret. Hinc enim illa Prophetae Cap. I. v. 1--4. querela, hinc ira divinae, & calamitatum inde enascentium denunciatio, v. 5. 11. hinc denique preces, pro avertendis hisce periculis demississime fusa, v. 12--17. Diversa autem, ut solet, populi erant iudicia, aliis, iisdemque paucioribus, justum iudicem venerantibus, aliis autem, plurimisque de caelestium veritate promissorum, & Messiae gentem suam aliquando liberaturi adventu, dubitantibus. Regionem enim universam a Babylonis vastandam, populum in servitutem abducendum, & intereccionem imminere audientes, p[er] etiam & fideles Deo ceteris haud parum turbabantur. Quare finitissimis hisce malis Propheta obviam iturus, sacrasque Dei in populo suo reliquias in fide confirmaturus, non tantum muneris sui rationem reddidit, sed & a Deo ipso necessariis viribus instruitur ut caelestem veritatem vindicare supremi Numinis honorem, a perveris, sive impiorum, sive dubitantium insultibus immunem praestare possit. Conf. b. D. SALOM. GLASSII *Prophetische Spruch-Fossil* P. I. p. 714. 715.

§. IV.

Prophetam muneris sui rationem his verbis reddentem audimus:

על משמרתו תעמדה ומה יצאנו על צערו

Itaque si consulere liber interpretes KIMCHIVS cum IARCHIO, Prophetam in circulo constitutum, neque recessurum inde statutum, donec caeleste responsum acceperit. (*) Duplici vero similitudine,

Pro-

schauete, das ich sehen möchte, was er mit mir reden würde, und was ich antworten sollte nach meiner Straf-Predigt. *Versio iudae.* Auf meiner Hürhung will ich sehen, und ich will mich stellen auf die Belägerung, und ich will hoffen zu sehen, was er mit mir reden wird, und was ich soll antworten auf meine Bewährung. Neque melius *Berlenburgensis* bibliorum interpretes. Ich stund auf meiner Wacht, und stellte mich auf die Vestung, und schauete auszufehen, was er in mir reden würde, und was ich zurück bringen würde, auf meine Erweilung.

(*) Rabbi DAVID KIMCHI ad h. l. ita commentatur, quod Propheta steterit in circulo, & dixerit, Domine, non exibo hinc, donec mihi dixeris, cur differas paenam improborum apud

Prophetæ opus his verbis exponi, & partim servorum morem dominorum mandata observantium, partim etiam militum studium, infidias hostis ex alto speculantium, respici arbitratur IOANNES MARCKIUS Theologus Batavus. (*) PETRVS autem van HOECKE, ejusdem professionis interpret, vigilem, nuncium quoddam expectantem, loquendi huncce modum suppeditasse, מַרְשָׁם וְרוֹמָם vero illud facta, adserit. (**)

§. V.

apud D. TARNOVIVM *Comment. ad b. l. p. 119. R. autem SALOMON IARCHI in Comment. in Proph. min. ad b. l. p. 942. ed. Breitbaupl. Circulum duxerat Habasus, in quo ipsi stetit, ac dixit: Non recedam inde, usque dum audiam, quid loquatur, atque respondeat Deus ad questionem illam &c.*

(*) Cum meminit vates מַרְשָׁם וְרוֹמָם תָּם פְּדוּאִים, custodia mex, apud LXX. & Hieronymum, super qua staret erectus & vigil, ego puto respicit ad morem servorum, qui adstant coram Dominis suis, ut observent eorum nutum, simul ipsos offendere timentes, nec quidquam ingratum tentantes, ut illud simile ad sacerdotes, Levitas & Israëlitas omnes sepiissime transfertur, coll. Lev. VIII, 35. Num. IX, 14. 23. Atque hic sensus erit, ego diligentissime observabo os Domini mei, tanquam fidelis ejus servus, interim in ipsius decenti timore perseverans, nec quicquam in grati tentatorus, sed ad ministerium ejus paratus --- Cum vero addit mentionem munitionis, sive oblationis, מַרְשָׁם וְרוֹמָם apud LXX., arcis mex cum fossato apud Ionathanem, super qua confisteret, seu immotus & erectus, animo & corpore haretet, מַרְשָׁם וְרוֹמָם תָּם פְּדוּאִים, signum gradum apud LXX. & Hieronymum, ego puto jam spectari ad militem, qui consistens loco alio & munito, seu obfesso, seu adversus obfessos extructo, inde respicit attente, quid molietur hostis, & quomodo ipse tela sint avertenda atque repercutienda, coll. Es. XXI, 8. Atque sic sensus erit: Ego in spirituali cum Deo lucta, atque hinc pressus divinis qua imminet judiciis, unde Deum precor, ut meis querelis & votis, omni modo attendam ad ipsius seu ictus, seu motus alios, et secundum eos me porro componam decenter ad obtinendam victoriam. *IO. MARCKII Comment. in XII. Proph. min. (edit. Tubing. 1739. fol.) ad b. l. fol. 693.*

(**) Das Gleichniß in diesen Vers ist hergenommen von einem Wächter der in der Höhe steht, und umher siehet nach Einlauffung einer Bottschaft, vergl. 2. Reg. IX, 17. Die Wächter, welche auf der Wache stehen, sind an vesten und bebollwerkten Oertern, da sie sicher sind, und von ferne können sehen und hören. Man mag durch diese Vestung verstehen den Bund oder die Verbeßung Gottes, welche er seinem Volcke vorgefagt zu ihrer Erlösung, samt den Vertrauen auf dieselbigen, oder auf die Erwartung eines glücklichen Ausganga &c. --- Der Prophet will zu erkennen geben, daß

S. V.

Nostri autem professionis interpretes, uno ferme omnes ore consentiunt, custodiam & munitionem, militares voces esse, iisdemque, & quæ porro sequuntur, verbis, tam animum Prophetæ virilem, fortem, & constantem, quam vigilantiam, providamque in exequendo sacro munere curam describi. Fidem his facient luculentæ immortalis memoriæ Theologorum, quas ad manus habeo, explicationes, **LYSERI, a) WINCKELMANNI, b) HIMMELII, c) FRIED-**

B

LIE.

er sich befestiget und sich gleichsam stützende auf Gottes Verheißung wolle stellen, damit er als ein geistlicher Wächter feste stehe, und nicht wancke, vergl. Ezech. III, 17. *PETRI SAN HOECKE zerglückerts Auslegung über den Propheten Habacuc (Frankfurt 1710. 4to.) p. 138.*

- a) Est autem oratio Prophetæ in hoc exordio figurata, Metaphora sumpta ab urbium præsertim obfissarum custodibus. Etsi mens mea non modo horrendis concutitur dubitationum de providentia fluctibus, & multis turbulentis affectibus, sed etiam vehementer perturbatur blasphemis vocibus, & perplexis disputationibus incredulorum, & Epicuræorum, non aliter, atque miles in specula collocatus, hostium telis undique peritur, & oppugnatur, tamen non despondeo animum, neque fidem, & spem plane abicio, sed quemadmodum excubitores urbium præsertim obfissarum in statione constantèr persistunt, neque facile loco sibi assignato moveri, aut excuti se patiuntur, quantumvis telorum hostilium impetus, & quantum in ipsis est, diligenter prospiciunt, ne hostis obfessos opprimat in cautos, ita in specula mea confido, h. e. verbum Dei attente & accurate meditor, & considero, non indulgeo speculationibus periculosis præter & extra verbum Dei, sed firmiter me sustento promissionibus divinis, neque latum unguem ab hisce avelli patior, imo, verbo velut arce & propugnaculo in expugnabili, contra omnem vim, & impressionem hostilem diaboli, & terribilitamenta mundi me munio & defendo. vid. b. *D. POLYCARP. LYSERI P. Prælectiones Academicæ, in Prophet. min. (opera Præpositi Polycarpi Lyseri edit. Lips. & Goslar. 1709.) p. 368.*
- b) Ut ergo Prophetæ noster incredulos reprehenderet, infirmos autem in fide erigeret, jam instar militis excubitoris super custodiam suam & munitionem consistit, paratus ad excipiendum omnes ictus redarguentium, hoc est, ad os obturandum contradicentibus. Cum dicit: Se stare super custodiam suam & munitionem, indicat, se scire divina vocatione ad munus propheticum fideliter eo perfuncturum in arguendis incredulis & contentiosis. vid. b. *D. IO. WINCKELMANNI Comment. in VI. prophet. min. posterioris (edit. Francoj. 1603. 8vo.) p. 43.*
- c) Ego constitutus in officio prophetiæ tanquam in custodia, munitione & specula,

LIEBII, d) TARNOVII, e) IOANNIS SCHMIDII, f) quibus addi possunt illi, qui vernacula quidem lingua, doctè ramen, & apposite, dictum nostrum exposuere, GLASSIVS, g) ERMISCHIVS, h) SITTICHIVS, i) HORNIVS, k) recentissimusque sacri codicis interpretres

ut sim custos vigil, & speculator, ut annunciem populo, quæ mihi divinitus revelantur, strenue vigilabor, contemplantur, & attendam &c. b. HIMMELII verba sunt, in *Triga prophet. secunda*, ad h. l. p. 328. (edit. Lips. 1632. 410.)

d) Rem custodiæ meæ commissam sedulo expedio, & quasi explorator in custodia & arce munita collocatus, diligenter circumspecto, num quid mali gravioris ingruat, & quomodo averti queat, b. FRIEDLIBII explicatio est, in *theologia exeget. f. observat. bibl. ad h. l. fol. 972.*

e) In custodia mea quasi custos constitutus sum, atque ita, ut non fas sit pedem loco movere, immotusque consisto in munitione seu obsidione, ut miles obsessus, qui undique respicit auxilium, ab omni parte circumvallatus -- cum in demandato mihi officio spiritualis vigiliis versor, & diligenter attenteque observo, atque adeo ex loco edito speculor, velut excubitores, qui si quid periculi imminere audiunt, loca altiora & tutiora petunt, ex quibus omnia videre, meliusque observare possint. vid. *IO. TARNOVII Comment. in prophet. min. (Lips. 1706.) p. 1139.*

f) Habent milites in castris suis stationes, & loca contra hostium incursiones custodienda, quæ, si fideles sint, & juramenti sui memores constantissime servant, ut a vita malint, quam ab illis discedere, & suas deferere custodias, in iisdem vigilantissimis oculis omnia observant, ut, si vel periculi, vel mali aliquid ab hostibus immineat, vel etiam in exercitus commodum nuncium adferatur, sic Propheta ait, se in specula quasi, & custodia, a summo Imperatore esse constitutum, dum munus propheticum ab eo acceperit Ier. XXI, 8. Ezech. III, 17. XXXIII, 7. &c. vid. b. D. IO. SCHMIDII *Comment. in prophet. min. (a D. SALZMANNO edit. Lips. 1687-410.) p. 2035.*

g) vid. b. D. SALOMON GLASSIVS in *prophetischer Sprach - Postill P. I. p. 713. 714.* (edit. Nariberg. 1642. 410.)

h) vid. b. D. CHRISTIAN LVDVVIG ERMISCH *Leichen- und Miscellan - Predigten (Leipzig 1710. 410. Conc. XXIX.) p. 1156.*

i) vid. b. D. SITTICHII *Miscellan - Predigten P. I. p. 188. seqq.*

k) vid. b. D. IMMANVELIS HORNII *Geistliche VVZweier - Stimme p. 3. seqq.* Certe, dignissima forent *Glassii, Ermischii, Sittichii, Hornii* verba, quæ integra adponantur, si paginarum angustia permitteret, egregie enim biblicæque dictum hæc explanatum dederunt.

terpres D. LANGIVS I) imo qui primus, suo jure nominandus erat
divus noster LVTHERVVS. m) *וְאֵלֶיךָ מִיּוֹם שֶׁעָלִיתָ מִן הַיָּם*

§. VI.

Pari ratione caeleste a Deo responsum expectans, instrui cupit
Propheta, quo quæso pacto dubitantes resellere, mandatoque mu-
neri satisfacere possit, his verbis:

וְאֵלֶיךָ מִיּוֹם שֶׁעָלִיתָ מִן הַיָּם

Quamvis etiam לראות illud, anxium Prophetae desiderium perspicue
satis declararet, non sine insigni tamen pondere וְאֵלֶיךָ additur, cu-
jus vim sacri interpretes exposuerunt. n) Quæ deinde sequuntur
verba *מִיּוֹם שֶׁעָלִיתָ מִן הַיָּם* instinctum Prophetae divinum, vel ipso non diffi-
tente LVTHERO o) indicant, non tamen nostris temporibus fa-
matico more expectandum, quo digitum intendere videntur Biblio-
rum Berlenburgensium interpretes p) ut faveant nimirum fratribus
suis divinos affatus, divinasque motiones jactantibus. Denique
postrema verba: *וְאֵלֶיךָ מִיּוֹם שֶׁעָלִיתָ מִן הַיָּם* Barava Bibliorum translatio:
Auf meine Bestrafung q) Berlenburgenses obscure nimis: Auf mei-
ne

B 2

- 1) Ita enim D. IOACHIMVS LANGIVS Halensium Theologus in *propheetischen Licht und Recht. fol. 468.* Der Prophet vergleicht sich in seinem Amte mit einem Wächter, der auf einer besetzten Warte steht und sich umsiehet nach dem davor er sich fürchtet und durch ein gegebenes Zeichen zu warnen hat. Esa. XXI, 6. Ezech. III, 17. &c.
- 2) Er stellet sich wie ein Kriegs-Mann, der auf eine Warte tritt, sich zu wehren &c. *Sieheatur b. LVTHERI Auslegung des Propheten Habacuc Tom. III. Altenb. fol. 432. b.*
- 3) Hebraicum מִיּוֹם significat, tam intentis oculis observabo, ut vigil in castris de alta prospectans specula, ne hostis inexpectatus adveniat, Pf. V, 4. Esa XXI, 4. 5. 7. conf. 2. Chron. XX, 12. neque deservit, etiam si aliquantisper dilatum fuerit auxilium, b. TARNOP. ad Mich. VII, 7. *Comment. in propheet. min. pag. 1036.*
- 4) Das Stück (was mir gesagt werde) möchte vielleicht also zu verstehen seyn: Ich will schauen, was Gott mir sagen werde, weil es im Ebräischen lauret, was man in mir sagen wird &c. *Tom. III. Altenburg. fol. 433.*
- 5) In verbis: und schauete auszu sehen, was er in mir reden würde.
- 6) apud SAN MOEK *tit. loc. p. 129.*

ne Erweisung, reddiderunt, MARCKIVS autem r) & HOECKIVS s) de disceptatione, pugnaque cum Deo exposuerunt.

§. VII.

Apertissime tamen & planissime, nostrates, quorum paulo ante mentionem feci, Theologi, verborum horum expositionem sistunt, agnoscuntque inde, divini vatis in munere suo fidelitatem, t) in expectando divino oraculo humilitatem, u) in refutandis denique, sive impiorum, sive dubitantium opinionibus dexteritatem. w)

§. VIII.

- r) Contemplor ad videndum, seu rite & clare cognoscendum, quid in me, ¶ seu ad me exterius, vel interius, seu per me ad alios, ipse Iehovah, quem nomine suo v. 2. expressum reperimus, sic locuturus, seu promissi, seu mandati, seu minarum, seu redargutionis -- Conferri ad hanc rem, præter alia plura debent loca, Pl. LXXXIV, 9. Mich. VII, 7. quibus similis praxis fidelium orantium, & bona a Deo expectantium occurrit -- Speculabor ad videndum, quid boni vel mali, super disceptatione mea, seu pugna cum Deo per orationem quasi increpatoriam proxime promissam &c. cit. loc. fol. 693.
- s) Die Bestrafung ist der Streit und Gerichts-Handel, welchen der Prophet in Nahmen des Volckes mit Iehovah hatte. c. 1-17. cit. loc. p. 139.
- t) Significat se non asserre somnia propria, sed publice proponere ea, quæ ab ipso Iehovah præcipiantur. b. HIMMELIVS cit. loc. p. 328. Indicat, se fretum divina vocatione ad munus propheticum, fideliter eo perfuncturum in arguendis incredulis & contentiosis. b. TARNOV. cit. loc. p. 45.
- u) Contemplor ut videam &c. ad increpationem meam, hoc est in silentio & spæ expecto revelationem mysterii arcanam, cur Deus impiis majorem, quam piis in hoc mundo felicitatem concedat &c. & certe statuo subiecturum enim mihi, quod respondeam ad increpationem meam, hoc est, monstraturum mihi solutionem objectionis ab impiis propositæ, seu potius refutationem calumniarum & convitiarum, quibus increduli, me, cum aliis Prophetis, propter prædictionem exilii & captivitatis babilonica deformant. Lyserus cit. loc. p. 368. confer. b. D. IO. SCHMIDII Comment. ad b. l. pag. 1086. ubi ¶ illud, sive in me, sive per me, reddendum exponitur.
- w) Ego mihi divina gratia & revelatione altiore & penitiorum mysteriorum Dei, ac providentiæ ejus cognitionem, qua mens mea super res humanas erchitur tribuo, & respicio ad videndum &c. quid nunc respondeam ad correptionem, disceptationem & disputationem meam Iob. XIII, 36. quando pro populo Dei intercedens, questus sum de providentiâ Dei, ut sciam, quid dicendum sit, dum quando aliam acculant & mirandam Dei gubernationem reprehendunt, quo Lutherus respiciens

affixum

§. VIII.

Quemadmodam autem, ὡσαύτως ἐπαύθη, εἰς τὴν ἡμετέραν ἰσθόταν ἡμετέραν ἐπαύθη, monente divo Paulo Rom. XV, 4. ita. & Habacucum, omnibus divini verbi ministris, debet munerum ad ministratio- nis exemplar reliquisse facile patet, ut vigilent & excubent, ver- bum Dei unice doceant, inque rebus adversis Deum duntaxat re- spiciant.

Bene hoc graviterque monuerunt interpretes. *Lycerus* enim: Quemadmodum, inquit, Propheta magna cura & vigilantia huc incumbit, ut populum in fide venturi Messie retineat, & fortiter dimicet pro infirmis, verbo scilicet, & precatone, ita pii docto- res pro grege suo semper in excubiis stare debent, & dicendo, monendo, corripiendo, & consolando, hoc unum agant, ut quantum in ipsis est, in fide & pietatis cursu re- tineant, & fanaticos spiritus ab eis arceant & depellant, sicut præcipit Paulus Tit. I. 9. *cit. loc. p. 870. & p. 871.* ita pergit: Quemadmodum Propheta non ipse quicquam fingit ex suo cerebro, sed oracula & patefactiones divinas expectat, easque suis au- ditoribus fideliter, & sincere communicat: Sic pii Doctores ecclesie non sua aut aliorum commenta, sed doctrinam a Deo traditam ecclesie proponant, adeoque donis vocationi necessariis se instrui ardentem orent. Eadem habet *b. TARNOVIVS cit. loc. in primis pag. 1140.* Verbi divini, inquit, præcones prius Deum in scri- pturis sibi loquentem consulant, quam ad docendum prodeant &c. & *b. D. IO. SCHMIDTUS* posteaquam exposuerat, quo pacto christiani omnes custodes a Deo constituti sint, speciali ratione ecclesie ministros hoc gerere custodiae munus, asserit & declarat. *cit. loc. p. 1090.* Confer. *b. GLASSII Prophetische Sprach - Postilk. P. I. p. 716 - 710.* & *b. ERMISCHII Lichen- und Miscellan - Predigten. Conc. XIX. p. 1157.* his inter alia verbis: Es ist Habacuc hierinnen ein Bild aller rechtschaffenen Predi- ger und Knechte Gottes, denn diese alle stehen auf ihrer Huth &c. um denen zu ant- worten, die etwas reden wollen wider Gott und seine Heiligkeit, Ebr. XIII, 17. und ob sie gleich nicht unmittelbar, wie Habacuc und andere Propheten, beruffen wor- den, so ist doch der mittelbare Beruff durch Menschen auch ein göttlicher Beruff. *Ies. LXXII, 6. &c.*

B 3

§. IX.

affixum passivè vertit & inconcreto, quod positum est in textu in abstracto & active was ich antwortete solle, dem der mich schilt. *b. TARNOV. cit. loc. p. 1140.* Hinc etiam *D. LANGIUS* in *prophetischen Licht und Recht. fol. 468.* und da er vorher sein Anliegen gegen Gott ausgeschüttet hatte, so erwartete er von ihm eine geheime Of- fenbarung seines Willens, und zwar eine solche, welche seinem großen Anliegen könnte helfen, und ihm darzu dienen, daß er solches auch andern benehme und sich mit ihnen aufrichte und tröste. Es sind demnach die letzten Worte, dem, der mich schilt, zu übersetzen, auf mein Beschwerde. die ich neulich über das Verhängnis Gottes, darin ich mich nicht finden kan, geführt habe.

§. IX.

Ac licet omnibus hæc injuncta sit cura divini verbi ministris, (x) certissimum tamen est firmissimumque, quo præstantius, & magis honorificum in cœru Domini munus cuidam commissum, eo majorem etiam diligentiam adhibendam, (y) eo graviorem aliquando rationem esse reddendam. (z)

§. X.

- *) *Speculator* antiquis dicebatur *is, quem mittimus ante, ut respicias, que volumus.* VARRONE teste de L. L. V. 8. *FESTVS* speculatorem eum dicit qui hostilia silentio perspicit p. 285. hinc apud *CVRTIVM* L. IV. 9. *Speculatores* tuta omnia annunciant. Inde in ecclesiam transit hæc vox, & speculatores dicuntur Prophetæ domus Israël, Ezech. III, 17. C. XXXIII. ejus similitudinis pondus expressit b. *QVNSTED.* loc. *infr. citand.* Propria igitur Pastorum laus est, ut sint *ἐπιεσκοπῆτες* 1. Petr. V, 2. *ἐπιεσκοπῆτες, ὑπονοῦντες*, Act. XX, 28. 31. super gregem suum. Non etiam differt a lupo, qui pro ovibus non vigilat contra lupum b. *QVNSTEDIVS* affirmat in *Ethic. pastor. Monit. LII. p. 337.* Bene igitur *ERASMVS*: Quisquis, inquit, Evangelicus præco haberi velit, in specula sic oportet, ut e sublimi non sibi tantum, sed aliis vigilet L. I. *Eccles. Tom. V. opp. p. 696.* In turri, pergis excubanti capitale est, si hostem adventantem aut non præviderit, aut non prædixerit, sed nulli periculosiores sunt hostes, quam vitia capitalia, quæ perimunt animas, quæque Christum occidunt in membris suis. Quæ igitur præna manet speculatorem, si hic fuerit mutus? p. 697.
- *) Militare verbum est Episcopus, inquit *ERASMVS* *ist. loc. p. 673.* hinc dictum, quod qui se proficitur duem exercitus *ἐπιεσκοπῆς* i. e. dispicere debet, ne quid desit sui vixilli militibus, vid. b. D. IO. FRIED. HEBENSTREITH Theologi antea Vinariensis post Buttstadiensis, *Dissertat. duæ inaugural. prior sub tit. καλὸς στρατιώτης* s. Episcopus miles ad 2. Tim. II. 3. *Lipf. 1720. posterior hostis καλὸς στρατιώτης indianus ibid. 1728.* CLAUDIVS vero *ESPENCAEVS* episcopatum dici putat *παρὰ τῷ ἐπιεσκοπῆς πόντῳ* & speculari atque prævidere universis, quos sub sua cura susceperit, *Comment. in Epist. 10 ad Timoth. c. 3. p. 38.*
- *) Terrorem certe incutere possunt ponderosa b. *VVELLERI* verba. Paulinum Ebr, XIII, 17. effatum his explicantis, laß mir das eine Gefahr seyn, daß Lehrer und Prediger wachen sollen, laß mir das noch größere Gefahr seyn, daß sie wachen sollen für Seelen, laß mir dieses die allergrößte seyn, daß sie also für dieselben wachen müssen, als die dermahleinßen für den Richter-Stuhl Christi Iesu dafür Rechenschaft geben sollen. apud b. *QVNSTED.* *Ethic. past. monit. XXII. p. 134.* confer. b. D. *MATER.* *Conc. ausp. nobis summi Hamburgensis ad Ezech. III, 17. 18. 19. in Missellan-Redigten. p. 134. seqq.*

§. X.

Vigilantia igitur, & provida animi cura requiritur, (aa) ut tam celestis divinæ veritatis doctrina, quam vita christiano nomine digno (bb) facta, ut ajunt, & recta, ab omni incommodo, & detrimento sincera & integra conservetur. (cc)

§. XI.

- aa) Quodsi enim ex mente fidei illius morum Doctoris PHILARETHI: *Vir prudens attentione actionis normam, circumspectione actionem ipsam, ejusque circumstantias, providentia actionis successum & eventum, discretionis denique verisimilitudinem rei inuenit. Ethic. Cap. XII. pag. 289.* certe, Theologo in specula constituto, innumera magni momenti probe consideranda, magna que rerum expetendarum fugienda rumque sequentia opus erit. Prostat egregium de prudentia Theologica opusculum Nicolai Vedehi, merito laudatum a b. D. FEVSTKING. in *Conc. Ein Hirz nach dem Herizen Gottes. Tom. I. Miscellam. Predigten p. 410.*
- bb) Arcifissimo veritatem cum pietate nexu junctam esse, sacra demonstrant oracula. vid. b. D. CARPZOVII *Præfat. in II. Epist. Iohannis Opp. theol. b. Fried. Rappoldi annexam. p. 67.* & *Summe Vener. Dn. D. MARPERGERI Dissert. inaugural. de nexu veritatis & pietatis Altorff. 1724.* Merito tamen, de plus quam supina plerorumque securitate suo jam tempore querebatur b. ARNOLDVS MENGERINGIUS, qui de *tustodiendo & servando verbo Luc. VIII. 15. C. XI. 28. parum, imo nihil solliciti sunt, sed scientiam verbi sufficere putant, modo quid juris & voluntatis divina probe norint, & de sensu ac usu scripture doctæ & accurate loqui possint, etiamsi a viva verbi praxi, vita, moresque eorum longissime absint, nec minimo digito studia pietatis modere cupiant, Matth. XXIV. III. 4. interim graviter & graviter occupati in rebus secularibus expediendis, quas circum spectus, vigilantius, crebriusque perirallant & peragunt, quam quæquam coram, qua ad salutem Dei cognitionem, Ioh. XVII. & vitam fidei vivæ, juxta normam verbi divini requiruntur &c. in *Tr. de impedimentis conversationis & salutis humanae p. 130. apud Summe Reverend. Dn. D. STOLTZEM in Præjudiciis. Præjudic. I. 8. 2. p. 7. 8.* Digna etiam sunt quæ legantur & conferantur b. LUTHERI verba, *Tom. VI. Altenburg. fol. 681. seqq.**
- cc) Certe enim, quæ suo jam tempore Hipponensium Præsul AVGUSTINUS querebatur. *Quantum accedit fixis mundi, crescunt errores, crescunt terrores, crescit iniquitas, crescit infidelitas, Tract. XXV. in Ioh. fol. 29. edit. Paris. nostro ævo pro dolor! verillima sunt.* Plurima in sacris literis fundatæ veritates, vel pro commento Theologorum, vel pro doctrina habentur, quæ salva fide, quam profiterentur, in utramque partem disceptari possit. Accedit ecclesiis verbi, actuumque illorum a Deo mandatorum, quos sacramenta dicere solemus, contentus magis magisque ingravescens, cujus damna erudite pieque exposuit b. D. BERNHARDVS VVAGNERVS *Theolog. Argentorat. in Dissert. de Contentoribus verbi ad Ioh. XII. 48.*

§. XI.

Vigilandum etiam erit, ut periculosis, in quæ Deus nos refer-
vavit, temporibus, (dd) cœlestis verbi, divinaque fidei auctoritas,
ab omni, novam philosophandi libertatem (ee) sub specioso scienti-
ficæ, quam jaçant, eruditionis titulo, ecclesiæ obtrudentium, inque
facrôs etiam suggestus lupina placita producentium, pruritu (ff)
immunis præstetur.

§. XII.

- dd) Gravis est, & verissima CAMPEGII VITRINGAE de seculi nostri corruptione
querela: *Invenit hodie, inquietis, impietati suos Patronos, nudate sunt plurimorum
cogitationes profane, & incredibilis quadam corruptio gliscens in multorum animis,
ubique erupit & impietas plurimorum animos infecti usque lethalia vulnera inflixit.
Quod crimen dubitare nequit, in rationibus divina justitia censeri omnium gradus
nam, & quidem in tanta evangelii luce &c. Comment. in Esaiam Tom. II. fol. 95.
Addatur elegans HERMANNI WITSI oratio de felici an infelici republica litera-
ria hoc seculo stata, ubi mala nostri temporis vivis coloribus depinguntur. *Misellan.
sacr. Tom. II. pag. 946. b. RAMBACHII Dissertat. qua hypothesis, de scriptura S. ad
erroneos vulgi conceptus accommodata examinatur. Hale 1727. & Dn. D. Rosmegerii
Theologi Gryphiswaldens. Greulube Zeiten in den letzten Tagen wider die Separatisten.**
- ee) Pende hoc pieque exposuerunt Max. Rey. Dn. M. HAHN, dignus parente filius, in
Dissertatione, sub moderamine ZEIBICHIANO Vitenb. 1737. habita, de Bonitate mun-
di, Summe Venerab. Dn. D. HOFFMANN, in Programme nobis munitis Vitenbergensia
de discrimine fidei divina & humana, & nuper summe Vener. Dn. D. ZEIBICHIVS
in Dissertat. qua per Philosophiam eudæmonologiam omni tempore observandos Coloss. II, 8,
pia sollicitudine b. s. dultus exposuit. Respondens munere fungente Dn. Io. Heinricho
Fischer, Vimmerstadio-Franco, Vitenbergæ 1741. Laudabile certe præstaret operam
Clar. Dn. Fischerus, si Dissertationem hanc vernaculæ linguæ donare, communi-
que usui, eorum etiam, qui latinarum expertes sunt literarum, egregias hæc me-
ditationes sacrare ei placuerit, neque defuturum crederem bibliopolam impensas
operis suscipientem, tanta mentis consideratione & acumine conscripti, ut vino,
quod ajunt, vendibili non opus sit suspensa hedera.
- ff) Merito nova hæc, verba ad populum de fidei christianæ capitibus faciendi instru-
tio, Thomachum fecit summe venerabili in Alma Georgio-Augusta Doctori publi-
co Dn. IOACHIMO OPORINO, eundemque permovit, ut elapso anno ederet
*Theologische Bedenken über den Grund-Riss einer Lehr-Art ordentlich und erbäulich zu
gedigen nach der VVahrheit, Bescheidenheit, und Liebe abgefasset von Ioachim Oporin
der heil. Schrifti Doctor und Professor zu Göttingen, Hannover 1741. 9. Bogen 8vo. Sed
quæ Assaphi olim querela erat, eadem, ut voce Poëtis usitata uti liceat, nostro jam
tempore ingeminanda erit: Ps. LXXXII, 5.*

לא ידע ולא יכיר כחטיהו יהוה

§. XII.

Denique, excubitoris muneri probe satisfaciatur Theologus in specula constitutus. sedulo cavens, ne fratres illi, a Domini specula nomen jauctantes, sed, si accuratius eorum placita examines, Samariz potius, multorum Deum colendi rituum colluviei, propago dicendi, irrepere possint. Hinc enim novæ sacri codicis translationes, hinc novi cantuum ecclesiæ libri, rejectis, aut certe mutilatis, antiquioribus, hinc novi institutionum rudioris pubis libelli, hinc mala in ecclesiam nostram plurima, a gravissimis vigilibus publicis scriptis denunciata.

Laudari hic merentur a) *supremi senatus ecclesiastici Dresdensis* scriptum, sub rubro: Kürtzliche doch nöthige Warnung für denjenigen, so in den Ebersdorffischen Bibel-Druck an ein und andern Orten als anstößig bemercket worden. vid. *Sammlung von alten und neuen theologischen Sachsen* 1738. p. 846. b) Summe Reverendi Dn. D. HALLBAVERI *Animadversionis theologice in licentiam nobis easque germanicas sacri codicis versiones condendi*. Jen. 1741. 4to. c) *Ejusdem Commentatio ibeologica in Apocodis* *versiones condendi*. Jen. 1741. 4to. d) *THEOPHILI a VERITATE* Zinzendorffisches Bibel-Aergernis aus der in vorigen Jahre edirten neuen Uebersetzung des N. T. in einen kurtzen Abriss vor Augen gelegt. Hildesheim 1740. vid. *Acta Hist. Ecclesiæ. Vinar.* III. Band. 20. Stück. p. 215. 21. Stück. p. 440. e) Summe Venerab. Gamalielis olim in Acad. Lipsiens. nostri, jam Lubecensium Ephori Dn. D. IO. GOTTLÖB CARPZO. VII. Conc. in *Lebii*. XX. 26. sub tit. Die Heiligung des abgeforderten Volckes Gottes, nebst einen Auszug der Irrthümer aus dem Herrnhuthischen Gesang-Buche. Lübeck 1739. f) Summe Venerab. Dn. ERDMANN NEUMEISTERI *Gründliche Nachricht von Einführung irriger Lehre durch Lieder und Gesänge, benebst einer Untersuchung des Herrnhuthischen Gesang-Buches*. vid. *Acta Hist. Ecclesiæ. Vinar.* III. Band. XX. Theil. p. 259. g) M. IO. GOTTFRIED HAENTZSCHELI *Anmerkungen über die in Herrnhuthischen Gesang-Buch befindliche Irrthümer, Veränderung und Redens-Arten*. Wittenberg 1734. ejusdemque *Vertheidigung seiner Anmerckung*. ibid. 1736. h) *KROMATERI* genaue Untersuchung und gründliche Widerlegung der David Nitschmannisch oder vielmehr Zinzendorffischen Probe eines Lehr-Büchelgens. Straßburg 1742. 8vo. *Præcipue autem, domestici quasi testes, sdem merentur haud exigua Dn. IO. PETR. SIGISMUND VVINKLERVS* *Stollberg. Theolog.* in Zinzendorffischen Unternehmungen, Anstalten und Lehr-Sätzen, & Dn. ADAM STRVENSEE *Halenfs Theologus* in zwey *Vertheidigungsschriften*, quibus addi potest Dn. IO. CHRISTOPH SCHINMETERVS *Ratheno-* *viensium Antistes* in höchstnächigen *Præservativ wider die geistliche Kinder-Pest*, *qua scripta anno 1740. lucem viderunt.* Quæ cum ita sint, merito summa fide exequen-

quendum statuo illud, quod summe venerabile Proto-Synedrium Friedensteinsense, mandato ad me die 17. Augusti 1741, dato, (quum ad nos etiam serpere malum hocce tentaret) his verbis præcepit: Ueberall aber dem Herrnhuthischen Unwesen, welches hier, wie aus der Haus-Kirche zu sehen, eben so wenig geduldet wird, obgleich einigen auf wenige Tage die jura peregrinantium gestattet worden, mit eiferiger Wachsamkeit und vernünftiger Ueberlegung in allewege zu widerstehen.

§. XIII.

Pedem hic figerem, scribendique finem facerem, nisi illa mihi expedienda restaret quæstio, licitum ne sit Theologo in specula constituto speculam deserere, aliamque occupare? Verum facilis erit responsio, jura Dei rerum omnium gubernatoris, in ecclesia doctores, animo secum diligenter consideranti. Quemadmodum enim imperator militia summus, ducem aliquem militum alio loco evocare, eidemque alibi præsidio esse mandare potest; ira & supremi Numinis, cujus arbitrio omnia geruntur, vocem ecclesia doctores interdum audiunt, relictis, quibus præfuerunt muneribus, nova & ampliora munia rueri jussi.

Vere quidem & concinne, b. HIMMELIUS Custodia inquit est status, gradus & officium, in quo, vel per se vel per superiores nos posuit Deus, ut eam custodiamus & exercetamus. Ibi loquitur, ibi operatur, extra cum silet & quiescit. Qui ergo Deum vult audire, in statu suo maneat, alium non ambiat, officium in quo eum posuit obedientia, non deserat, sed frenus & constanter illud obeat. Trig. prophet. secund. p. 332. & prohibitas Canone XV. Concil. Nicani Præfulum mutationes apud SEVERINVM BINIVM Tom. I. Concil. fol. 309. legere licet. Verum genuinum horum sensum e BEVEREGIO dedit b. D. IO. FRIED. MAYERVS in Cont. Saledit. Vitenbergens. Miscellan. Prædiger p. 32. seqq. Conf. b. D. FEYSTKING Cont. Saledit. Servestiana sub tit. Das Recht Gottes über seine von Geist gebundene Diener. P. II. Miscellan-Prædiger p. 449. Inprimis lectu digna sunt verba, p. 467. Ein Gärtner hat ja Macht und Freyheit in seinen Garten nicht nur die Pflanzen und Bäume zu versetzen, sondern auch die Arbeiter von einem Ort zum andern zu weisen &c. Nachdem er findet, daß der eine oder der andere eine Sache besser ausrichten kan, nachdem kan er ihn auch anweisen. Ein solch freyes Recht behalt Gott auch über seine Diener, er kan einen beruffen wohin er will, und wenn er eine Zeitlang in solchen Beruff gearbeitet hat, und er findet, daß er ihn bey einer andern und größern Gemeinde besser brauchen kan, so berufft er ihn aufs neue und muß der erste Beruff den andern weichen &c.

Atque

Atque hæc quidem, quæ exposui, omnia, in Te præcipue, VIR MAGNIFICE ATQUE SUMME REVERENDE conveniunt, Tuoque maxime exemplo illustrantur. In speculam, Te Torgaviensium ecclesiarum Numburgo vocaverat supremus messis Dominus, idemque eminentiori, at magis etiam periculosa specula TENUPERRIME præfecit. Periculosam haud immerito speculam dico, recordatus verborum ERASMI: *Non cuius, iniquitatis liberum est, equo generoso admoveere manum. Sed multo majoris est artificii, sic docere Principem, ut persuadeas optima, sic admonere, ut obtemperet, sic increpare, ut non exardescens ira sese vertat ad deteriora.* a) Verum DEVS, cui vias TVAS commendasti, ipseque SERENISSIMVS PRINCEPS AC DOMINVS servens incredibili, laboribus Tvis haud deerant adjuvantis. Duæ enim TIBI, simul, unoque tempore offerebantur speculæ, bene igitur, & laudabiliter non signum aliquid a Deo dandum, cum PETRO MARTYRE b) petiisti, sed ardentissimis Deum invocasti precibus, ut eo animos sæctat, ubi majori fructu ecclesie inservire possis c) & quamvis lubenti omnino animo in specula TVA Torgaviesin mansisses, modestiaque TVA ductus, oblatam TIBI utramque, edicioem licet speculam alteri reliquisses, d) neutiquam tamen majorem quietis privatæ quam publici commodi rationem habuisti. e) Piis itaque votis novam hancce speculam TVAM profecuturus, paucis que

a) L. I. Ecclesiæ. Tom. V. Opp. fol. 687.

b) Loc. Commun. P. I. Loc. VIII. §. 15.

c) vid. b. BALDVIN. Cas. Conscient. L. IV. C. V. §. 7.

d) Elucet hæc modestia, ultimis amicissimis que literis ad me datis, bisque præcipue verbis: *In mir selbst finde ich lauter Unwürdigkeit, und der HERR ihut so grosses an mir &c.*

e) vid. b. D. GERHARD Comment. in 1. Epist. Petri C. V. Qu. 2. pag. 725. a b. D. MATERO edit. Hamburg 1692. 4to.

cisque multa comprehensurus, Angeli, Daniele m erigentis, verba
Tibi adclamo: Daniel. X, 19. f)

הַיְיָ אֱלֹהֵי שְׁלֹמֹה לֵךְ קוֹן קוֹן
Ceterum, quod olim auguratus, g) novam dignitatem TVAM, novos
que honores, veteres inter nos amicitias nullo pacto immutaturos es-
se, novis id a TE precibus contendo, & quum me, meosque, tum filium
præcipue natu majorem, CHRISTIANVM LVDOVICVM THEO-
DORVM, qui ἀνδοχον TE ex sacro fonte veneratur, precibus, pa-
trocinio, & favori Tvo etiam atque etiam commendo. Dabam e Mu-
seo Themarensi D. iii. Non. April. A. O. R. cio iccc xlii.

f) *vid. b. GEIER Comment. ad b. l. p. 818. & b. PRAETORII Casual-
Predigten. p. 1058.*

g) *in Diatrib. epistol. de amicitia Ionathanis Davidi amore faminarum ju-
sundiore. p. 23.*

Soli Deo gloria.



94 A 7368


ULB Halle
002 928 582

3



10 17





B.I.G.

Farbkarte #13

Q. D. E. V. 25

DE
THEOLOGO IN SPECVLA CONSTITVTO,
AD HABAC. CAP. II. COMM. I.
COMMENTATIO.

HONORIBVS NOVIS
VIRI MAGNIFICI, SVMMÆ REVERENDI, ATQVE
DOCTISSIMI DOMINI,
DOMINI
IOANNIS CHRISTIANI
STEMLERI,

SANCTAE THEOLOGIAE DOCTORIS, ECCLESIA-
RVM, CIVITATIS ET DIOCESEOS TORGAVIENSIS PA-
STORIS PRIMARIJ, ET SVPERINTENDENTIS AD HOC
VSQVE TEMPVS MERITISSIMI,
SERENISSIMO DVCI SAXONVM QVER-
FVRTHENSI A CONSILIIS ECCLESIASTICIS, CON-
FESSIONIBVS, ET CONCIONIBVS AVLAE PRIMARIJ, DVCA-
TVS QVERFVRTHENSIS EPHORI GENERALIS, ET IN IL-
LVSTRI, QVOD LEVCOPETRAE FLORET. AVGVSTEO,
SANCTAE THEOLOGIAE PROFESSORIS PV-
BLICI NVPPERIME VOCATI,

DICATA ET CONSECRATA

A
M. FRIEDERICO THEODORO EVSEBIO SIMONE,
ECCLESIAE THEMARENSIS PASTORE PRIMARIO, EIVSDEM
QVE ET VICINAE DIOCESEOS DECANO, SYNEDRII DVCALIS
INFER. ASSESSORE, ET SOCIETATIS CHARITAT. ET
SCIENTIARVM SAXONICAE ADIVNCTO.

HILDEVRGHVSAE,
LITTERIS PENZOLDIANIS.

